ORIGENES
Salzburg (Umgebung), 1. Hälfte 9. Jh. Seite 144r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



prorsus habere difficultatis aut laboris; ascensio ē et dis
censio tortuosa. Non enim proclive iter ē quo tenditur
ad uirtutes sed ascenditur et anguste ac difficulter ascenditur;
Audi etiam dnm in euangelio dicentem quam arta et angusta
uia est quae ducit ad uitam; Uide ergo quantum consonat
euangelium cum lege; In lege ostenditur uirtutis uia ascensio
tortuosa. In euangeliis dicitur arta et angusta uia quae
ducit ad uitam; Nonne haec caeci etiam aperte uidere
possunt quod legem et euangelia unus atque idem spr
scribit. Est ergo iter quod incedunt ascensio tortuosa.
et ascensio speculae uel habens speculam; ascensio
ad actus pertinet speculae ad fidem; ostendit enim quia
et in actibus et in fide multa ē difficultas et multus labor.
Multae enim nobis temptationes occurrunt. multa offen
dicula uolentibus agere quae edi sunt, Tum deinde
In fide multa inuenias tortuosa. plurimas quaestio
nes. multas obiectiones hereticorum. multas contradic
tiones infidelium. Hoc ergo iter agendum est se
quentibus dm; sed ē et turris in hoc itinere; quae
est ista turris. illa nimirum quam dns in euangelio
dicit. Quis unum uolens turrem aedificare. Nonne
prius sedebit et computabit sumptus si habet unde
perficiat? Ista est ergo turris. sedes ardua et
excelsa uirtutum; sed uidens haec pharao audi